



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione**

**Eusebius <Caesariensis>**

**[Augsburg], 1522**

**VD16 E 4299**

Quod etiam de iudicio futuro Hebræos Plato sequitur Cap. xx.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34477**

smaragdus, & similcs, quibus multo meliores illi sunt. Nihil embo-  
ni est, quod ibi non sit.

Quod etiam de iudicio futuro Hebræos Plato sequitur

## CAPVT XX.

**C**VM etiam scriptura iudicium postq; hinc abierimus, ani-  
marum future dictiter, & per alia multa, & per hoc nō mi-  
nus. Iudicium inquit sedet, fluuus ignis corā eo fluebat,  
mille milia ministrabat ei, & decies centena milia assiste-  
bant ei. Audi etiam Platonem de iudicio dicentem, & fluuū Noe  
utentem, multasq; prorsum mansiones, & diuersa impiorū suppli-  
cia, non aliter sere q; Hebræorū scripturā narrantē. Scribit enim illi  
bro de anima sic. Tertius amnis in medio istorū exit, & iuxta hostiū  
in latissimum incidit locum igni ardenter, ubi facit paludem mari  
multo maiorem, aqua & limo ebullientem, ac inde turbidus atq; li-  
mosus terram circumplexus, prope paludem Acherusiadem de-  
fluit, nec ipsi permixtus, sed crebris sub terram uorticibus circuuo-  
uolutus, infra tartarum exit. Hic est amnis, quem Pyriphlegethon/  
ta nominat, & opposito huius Stygæus est quartus amnis, a quo pa-  
ludem Stygem nomine fieri creditur. In hunc fluum qui incidit,  
grauiter in aqua tortus fertur circumuolutus, Pyriphlegethoni op-  
positus. tādemq; prope Acherusiadem paludem ex opposito uenit,  
nec etiam huius aqua cuiquam miscetur, sed circumlata in tartarum  
tandem exit in oppositum Pyriphlegethoni, hunc poetæ cocytum  
appellant. Haec cum ita se habeant, cum defuncti ad eum locum de-  
uenerint, quo deportant, primum dijudicātur, quinam iuste, & qui  
nam cōtra uixerint: & si qui uidebuntur, medio quodam modo ui-  
xisse in uehicula scandunt sua, & per Acheronta in paludem dese-  
runtur, ubi graui supplicio depurgantur, & postea liberati honores  
consequuntur secundum beneficiorum suorum dignitatem. Qui  
autem uidebuntur proprie magnitudinem peccatorum curari nō  
posse, in tartarum omnes deiecti, nūnq; inde possunt exire. Qui yō  
curabiles sunt, quis maxime peccarint, utputa si contra patrē & ma-  
trem ex ira aliquid fecerint, & postea poenitūdinem habuerunt, uel  
homicidio, uel alio quodam facinore contaminati, hos in tartarum  
deuenire necesse est, & annuo tortu temporis spacio ejiciunt ab unda-

Hominis

L I B E R D V O D E C I M V S 23

Homicidæ quidem in Cocytum, patris autē & matris uiolatores in Pyriphlegethonta. Cumq; ad Acherusiam fuerint paludem clamaantes uocant, alij quos uituperarunt, alij quos occiderunt. Cumq; uocarint, rogāt & supplicant, ut in paludem suscipiant. Etsi exorauerint, exeunt, & liberant a malis. Sin yō nō exorauerint, rursus in tartarę feruntur, ac inde iterę in fluuios, nec prius cessant q̄ exorauerint quos leserunt. Hęc enim ultio à iudicib; imponit. Qui autem sanctitate uiuēdi excelluisse uidebunt, iij sunt qui ab ista terra quasi a uinculis liberant. Horum, qui se philosophia purgarunt, sine labore in sempiternum uiuunt, & habitationes pulcherrimas cōsequuntur, quas nec uerbis exprimere possibile, nec si possem tēpus sufficeret. Horę igitur gratia o Summa cunctis uiribus uirtutis curā oporet in hac uita gerere, optimū enim propositum est, & spes maxima. Hęc Plato. Quod autē dixit nō esse possibile uerbis pulchritudinē illarę habitationū exprimere, nonne simile illi nostro est? Non uidit oculus, nec auris audituit, nec in cor hominis ascendit, q̄ preparauit deus amantibus eum. Habitationes autē multis dicit, & nos multis esse apud patrē mansiones didicimus. Pyriphlegethonta yō ignem æternū esse qs dubitabit. Hebraorę enim ppheta similiter clamat. Quis annunciat uobis, qa ignis ardēt? quis nunciabit uobis locū æternū? Et rursus, Vermis eoꝝ non morietur, & ignis non extinguetur. Plato quoq; in tartarum deiectos īmpios, nō exituros inde asseruit, & pios in beatis locis in sempiternū uicturos affirmat. Qd uero addit sine labore, nōne illi simile est, unde abest dolor, mōror, & gemitus? Quod autem dixit non simpliciter, sed cum in uehicula cōscenderint sua, in Acheronta amnem depelli, quānam alia uehicula denotare potest, q̄ corpora, qbus assumptis, una cum eis secundum Hebraorę scripturas uitae retributio fit.

E V S E B I I P A M P H I L I LIBER  
D V O D E C I M V S.



Erum quoniā hoc uolumen satis iam creuit ad duo decimum librū transgressi, q̄ restant ad ostendendā Platonicam philosophiā ab Hebraeis defluxisse conscribemus, ut multi uideat non nobis solū, uerū etiā Platonī iam pridem scripturā Hebraeorū.

D ij Quod